

N. 22. Sen. 6. L. 111. G.

# FLORENTII CONRII HIBERNI,

EX ORDINE FRATRVM  
MINORVM DE OBSERVANTIA,  
ARCHIEPISCOPI TUAMENSIS.

PEREGRINVS IERICHVNTINVS,  
HOC EST,

DE NATVR A HVMANA  
*feliciter instituta, infeliciter lapsa, misera-  
biliter vulnerata, misericorditer  
restaurata.*

LVCÆ IO.

Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho,  
&c. vsque ad finem parabolæ.



P A R I S I I S,

Apud CLAVDIVM CALLEVILLE, viâ Rhemensi,  
propè Collegium Cœnomanense.

---

M. DC. XXXXI.



# VRBANO VIII. PONTIFICI MAXIMO.



ANCTISSIME PATER,

Florentius Conrius, nuper in Hibernia nostra Archiepiscopus Tuamensis, adhuc spirans in hoc aureo vere libello, & nominis famâ sibi superstes, adit SANCTITATEM TVAM, eoque auspice in publicam lucem prodire gestit, quo Pastore ac principe conuersa dudum Ecclesia gloriatur. Habet unde hanc à SANCTITATE TVA gratiam speret, olim, cum adhuc in inferiori dignitate sed iam maxima dignus emicares, sacris tuis manibus, rara & inuidenda felicitate in Archiepiscopum ordinatus. Sicut ergo tunc per te diuinissimo regij Sacerdotij charactere insignitus, accepit gratiae fontem quem in reliquos fideles effunderet, ita nunc à te postulat, ut quam ipsitum benedictionem impetriasti, eam nunc ipsius operi impetrare velis. Verum quanquam hic liber auctoris sui tum sincera pietate atque eruditione mirabilis, tum priuatis etiam nominibus BEATITUDINI TVÆ non commendaretur, satis tamen cum ipsa per se mate-

ā ij

~~calorum operum etiam in libris deinde~~

## APPROBATIONES.

**L**egimus tractatum hunc, de natura humana feliciter instituta,  
In felicitate iusta, in seculiter vulnerata, misericorditer repa-  
rata quem Author illustrissimus & Reuerendissimus D. D. frater  
Florentius Conruus Archiepiscopus Tuamensis Peregrinum fe-  
rificantum, inscripsit. Quantum ad doctrinam, Augustini omni-  
no esse videtur; Quantum ad pietatem, Christianom de se humili-  
liter, de gratia Salvatoris alie sentire docet; opus Idcirco dignum  
quod in lucem prodeat. Datum Parisiis in Sorbona anno Domini  
millesimo sexcentesimo quadrageclimo primo die 8. Maii.

A. DE HODENCO L HERMITE.

**E**go infra scriptus in sacra Theologe facultate Parisiensi Do-  
ctor, testor me legi librum cuius titulus est, Florentij Con-  
rij Archiepiscopi Tuamensis Peregrinus Iericunthinus, in quo ni-  
hil inueni contrarium fidei Catholicae Apostolicae & Romanae, in  
cuius rei fidem hic suscripti die 4. Septembris anno Domini 1641.

V A Q V E T T E.

**Q**uam Augustini doctrinam esse paucis & per compendium sed  
abunde probat doctissimus Archiepiscopus, approbatione no-  
stra non indiget. Quis enim quam esse sciat Augustini de gratia &  
peccato sententiam, nesciat esse Apostoli ac proinde eius qui vere  
de se ipso dicit Ego sum via, veritas & vita, Ideoque fidei potius  
nostrae obsequio digniorum, quam humanae scientiae approbatione?  
**V**nus hoc igitur presentibus syngraphis nos infra scripti sacrae  
Theologiae Parisiensis facultatis Doctores testatum volumus, hanc  
Augustini esse doctrinam & Doctorem hunc illustrissimum fide-  
lem totique Ecclesiae talem in exscribendis Augustissimi Patris de  
gratia & peccato, tum verbis tum sententiis operam nauauisse.  
Datum Parisiis die duodecima mensis Septembris anno 1641,

I. BOVRGEOIS I. MALLEVDE.



## AD LECTOREM.

**Q**UOD sanctus ille Simeon in Templo de puerō I E S V Domino nostro prophetauit, *Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israël,* *& insignum cui contradicetur, id profecto eidem illi saluatori rectè conuenisse, nimirum ei qui in hunc mundum descendit quo suā gratiā genus humanum saluum faceret, rerum post ipsius aduentum gestarum successu declarari affatim videmus. Quis enim vñquam posterorum Adam in Ecclesia Dei surrexit, quis in aliqua sanctitate emicuit, nisi predicti pueri gratiam? aut quis vñquam passus est ruinam, nisi inuentus indignus qui eius gratiam reciperet, qua aut erigeretur, aut sese conseruaret, quo minus inter ruinam patientes annumerandus veniret? Sanè inter ciusmodi naufragos celeberrimi semper extiterunt qui pueri I E S V gratiæ se directè & speciatim opposuerunt, de quibus loquitur Apostolus; *Israël vero sectando legem iustitiae, in legem iustitiae non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus.* Offenderunt enim in lapidem offensionis, *sicut scriptum est:* *Isa. 8.**

A